

te populo urbē lustrare: auxiliū de celo petere. affligere corpā ieiunijs atq; orōibus vn̄uersi ciues intendere  
Subsecuta nocte ad sua quisq; loca defendēda rediere. erāt muri vrbis ⁊ altitudine ⁊ crassitudine toto or-  
bē celebres sed ob vetustatē ⁊ grecorū incuriā p̄nis ac ppugnaculis nudī. antemuralia vero oportune cō-  
munita. in his greci salutē posuere. armati milites inter muros ⁊ anmuralia pugnā sustinere decreuerunt.  
Triangularē pene vrbis formā fuisse tradūt. duas ptes alluit mare. nec muri desunt ad pulsandos nauales  
impetus idonei. qđ reliquū ē ad terrā vergēs post alta menia ⁊ anmuralia q̄ annotauim⁹ ingenti claudis  
fossa. Ceptū ē plū paululū añ lucē cū miles turcb⁹ piculi q̄ more patientior esset ac vulnera ⁊ sanguinem  
p̄daz dulcedie pensaret pugnātū est in tenebr̄. maiore turchorū p̄nicie in q̄s tela supna libzabant. At postq̄  
dies illuxit dato signo vndiq; nō solū cōst̄ inopolis s̄ etiā ip̄a q̄s pera ne qđ auxiliū grecis p̄staret. oppu-  
gnari cepta est sua cuiq; legionī muroz p̄ ac portaz attributa vt discretus labor fortes atq; ignauos di-  
stingueret ⁊ ip̄a cōtentione decoris militū virt⁹ magis ac magis accēderet. Pari mō ⁊ nauales socij attri-  
butas partes inuadere iussit. Admouent vrbī lignee turres. conectāt milites dolabras falces scalasq;. Et  
iā elatis sup capita scutis densa testudine succedūt. Greci saxoz pōdera. puoluūt disiectā fluitatēq; testudi-  
nē lanceis contisq; p̄scrutantē donec soluta cōpage scutoz exangues lacerosq; p̄sternūt. fit strages ⁊ iā tur-  
cbi deficientib⁹ animis lāgūdi⁹ pugnāt. s̄ adest maometbes fortissimū quēq; noiatim vocitās vtq; in plū  
redeant adhortat. hos p̄m̄is allicit. illos minis deterret. instaurauit ex integro certamen. turcbi rursus s̄  
ruere murū portasq; quaterē innixi humeris ⁊ sup iteratā testudinē scādentes p̄hensare hostiū tela brachē  
q̄q; nitunt. itez integri cū faucijs. semianimes cū expirantib⁹ euoluūt. cernit varia pereūtū forma ⁊ plu-  
rima mortis imago. Iohānes iustinian⁹ apud Benuā ligirū metropoli nobili loco natus qui supioribus  
dieb⁹ sol⁹ urbē defendisse videbat in hoc certamē vulneratus vbi fluitare sanguinē suū aiaduertit ne cete-  
ros deterreret querēs medicū clā sese pugne subtraxit. s̄ impator vt abesse Iustinianū cognouit quo ierit p̄  
cōtat inuentūq; rogat ne pugnā deserat. ille nibilo magis flexus apire portā iubet qua curatur⁹ vuln⁹ in  
urbem redeat. Erāt aut obserate vrbis ianue quib⁹ ad antemuralia patebat iter ne qua fugiendī facultas  
militi esset ac p̄pterea hosti fortius resisteret. fit interea remissior defensio. qđ turcbi aduertētes acri⁹ incum-  
bunt. Et qm̄ ps muri iā tormentis eneis disiecta fossam magna expte oppleuerat p̄ ruinas ip̄as scādētes  
antemurale cōscendūt grecosq; loco deturbāt. porta que iohāni patuerat oibus apta fugā. p̄fusiorē reddit  
Tūc impator nō vt regē decuit pugnādo s̄ fugiēs in ip̄is porte angustijs quoniā cecidisset oppressus calca-  
tusq; obiit. in tāta multitudīne pugnatorū duo tm̄ reperi sunt qui se viros ostēderūt alter grecus alter d alma  
ta Theophil⁹ Paleologus ⁊ iohānes sclauus. qui fugere turpe putātes quom diu turchorū impetū susti-  
nuissent multosq; obrūcassent. deniq; nō taz victi q̄ vincendo fatigati inter cadauera hostiū occubere. Ju-  
stinianus i perā quom diuertisset inde chiū nauigauit ibiq; seu vulnere seu molestia morbū incidēs inglori-  
ri⁹ vitā finiuit. felix si in ip̄is Bizancij menibus aiā exalasset in ingressu porte. d. ccc. circiter milites ex  
latinis grecisq; periere. partī vulneribus ex tergo cōfossi partī cōcursione opp̄ssi. ⁊ iā hostis superiorē mu-  
rū tenebat saxaq; in ciues deuoluēs ingrediētibus suis auxilio erat. Tū subito capta vrbē cesis oibus qui  
resistere ausi sunt in rapinas itur. Erat victorum infinitus numerus in libidinem ac seuiam corruptior  
nō dignitas nō etas nō sexus quēq; p̄tegebat. Stupra cedibus cedes stupris miscebāt. senes exacta eta-  
te feminas viles ad p̄dam in ludibriū trahēbat vbi adulta virgo aut quis forma cōspicius incidisset i ma-  
nus rapiētū diuulsus ip̄os postremo direptores in mutuā p̄nicie agebat. dū pecuniā vel graua tēplorū  
dona sibi quisq; traherēt maiore alioz vi trūcabat. Cūq; in exercitu maxio ⁊ dissono ex ciuib⁹ socijs atq;  
exteri⁹ p̄flato diuerse linguevarij mores atq; cupidines essent ⁊ aliud cuiq; fas nihil illicitū toto triduo. In  
cōstantinopoli fuit tēplū Sophie iustiniani cesaris opus toto orbe famosum ⁊ cui cōpari alterū nequeat  
nudatū sacrū suppellectile ad oēs spurcias patuit. Ossa martiz que fuerant illa in vrbē p̄ciosissima cani-  
bus obiecta ⁊ subus. Sanctoz imagines aut luto sedate aut ferro delete. altaria diruta. in tēplis ip̄is aut  
lupanaria meretricū facta aut equoz stabula. coacti sunt serui verberibus ac tormētis dñoz abdita scruta-  
ri ac eruere. inuēti nō pauci thesauri quos in ip̄o belli principio infelices suffoderūt ciues. quibus si p̄  
defensione vrbis vsi fuissent suā fortasse vitā ⁊ patrie libertatē seruassent. s̄ auaro in aurū nulla ptās. captiui  
oēs in castra deducti. Pudet dicere xp̄ianoz dedecus. dicā tm̄ ⁊ posteritati tradere nō verebor qm̄ p̄suasum  
mibi est futurū aliqñ ⁊ fortasse anteq; moriar qui tātā saluatori n̄ro illatā ignominia vlciscant. Simulacrū  
crucifixi quē colimus ⁊ vez deū esse fatemur tubis ac tympanis p̄cūtib⁹ raptim ex vrbē hostes ad tēto-  
ria deserūt sputo lutoq; sedāt ⁊ ad nostre religionis irrisionē itez cruci affigūt. Exin pileo quē sarculū vol-  
cant capiti eius imposito coronavndiq; facta. hic est inquit xp̄ianoz deus. Tū lapides lutiq; iactātes mi-  
ris debonestāt modis. s̄ nihil obsunt hec deo nostro celū tenētū. nec maiestatē ei⁹ quoq; mō imminere poss-  
sunt cuius ea gloria ea sublimitas ē. ea btitudinis p̄fectio vt nec laudibus hūānis extolli nec humiliari vi-  
tuperijs vllis possit. nos ista ledūt atq; cōfundūt p̄ ignauā atq; desidā. dū veri dei cultū periri sinim⁹ ⁊ i hoc  
seculo bonū nomē ⁊ in altero sp̄e salutis amittim⁹. Post hec cōiuuat⁹ maometbes quom forte plus solito  
adhibisset vt sāguinē mero adderet p̄cipēs optimatesq; ciuitatī captos crudel⁹ ⁊ sanguinari⁹ carnifex sede  
misereq; iugulari iussit. kiriluc⁹ q̄ apđ ip̄atorē plurimū poterat ceso añ oculos maiori filio. altero ad illicitos  
vsius reseruato securi percussus est. Duo alij eius filij occiderāt in bello. Isidorus cardinalis in eo tumultū  
captus quom veste mutata nō fuisset cognitus. ccc. asperis sese redemit. Id genus pecunie ē admodum le-  
uis. Multi ⁊ veneti ⁊ ianuenes ⁊ latinoz. alij gladio cesi sunt. quidā multo redēpti auro. Insignis hic an-  
nus fuit expugnatione cōstantinopolitana tā xp̄iano populo sedus ac lugubris q̄ turchorū genti faustus le-  
tusq;. qui ab ortu saluatoris xp̄i secundus ⁊ qnquagesimus supra millesimū q̄drigesimūq; cucurrerit an-  
nū. Perēses vetus colonia genuēsū qui ⁊ galathe nūcupāt cognita bizātorū clade priusq; rogarent maō